

IULIUS FEMINAM PULCHRAM IN FORO TUSCULANO ASPICIT

Iulius et Aemilia cum liberis suis in lectica sunt. Quo eunt? Tusculum eunt; nam id magnum oppidum est, in quo multae taberne reperiuntur. Cum forum Tusculanum adveniunt, Marcus et Quintus a patre matreque discedunt atque magnum et pulchrum hortum, in quo multae aves sunt, petunt. Ergo in foro tantum Iulius, Aemilia Iuliaque adsunt. Ii ad parvam tabernam adeunt. In hac taberna multa specula venduntur. Aemilia ab iis delectatur; etiam Iulius delectatur, sed a formosa femina, quae specula vendit. Aemilia unum speculum emere vult, itaque Iulius dicit: “Salve, pulchra femina! Quot nummis constat illud speculum?”. Femina respondet: “Id nonaginta nummis constat”. Iulius: “Hoc pretium nimis magnum non est. Ecce nonaginta nummi, pulchra et bona femina”. Femina nummos accipit. Iulia, quae se pulchram puellam esse non putat, Aemiliae dicit: “Cur pater rursus illae feminae dicit eam pulchram esse?”. Aemilia: “Quia pater tuus eam feminam formosam esse putat et ab ea delectatur!”. Iulia patrem interrogat: “Nonne mater pulchra et bona est?”. Iulius: “Femina mea pulchra et proba est. Aemilia, accipe hoc speculum et hanc rosam a viro tuo, qui te solam amat”.

Itaque Aemilia Iulio decem oscula dat et cum eo Iuliaque a taberna abit. Dum in via ambulant, ecce Marcus et Quintus qui reveniunt ab horto. Itaque omnes ad villam laeti reveniunt.

Roberta Ferrario